

# Universitätsbibliothek Wuppertal

**M. Tullii Ciceronis Opera Omnia**

**Cicero, Marcus Tullius**

**Basileæ, MDCLXXXII**

Liber tertius: Ad Appium Claudium Pulchrum

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1133](#)

M. TULLII CICERONIS

EPISTOLARVM  
LIBER TERTIVS,

AD

## APPIVM CLAVDIVM PVLCHRVM.

*Ergo Argentoratum. De Phania & Cilica Appii libertus. De L. Valerio Jureconsulto.*

M. T. C. APPIO PULCHRO IMP. S. D.

I ipsa resp., tibi narrare posset, quomodo se habeberet, non facilius ex ea cognoscere posset, quam ex liberto tuo Phania: ita est homo non modo prudens, et verum etiam (quod juvet) curiosus, quapropter ille tibi omnia explabit. 2 id & ad brevitatem est aptius, & ad reliquias res providentius. De mea autem benivolentia erga te, eti pote ex eodem Phania cognoscere: tamen videntur etiam aliquae meæ partes: 3 Sic est, tibi persuade, carissimum te mihi esse, cum propter multas suas vitates ingenii, officii, humanitatis tuae tum, quod ex tuis litteris, & ex multorum sermonibus intelligo, omnia, quæ à me profecta sunt in te, tibi accidisse gratissima. Quod cum ita sit, perficiam profecto, ut longi temporis uluram, qua caruimus, & intermissa non confuerundis, & gratia: & cœritate, & magnitudine officiorum meorum sarciam: idque me (quoniam tu ita vis) puto non invita Minerva esse facturum: quam quidem ego si forte de tuis sumero, non solum Pallada, sed etiam Appiada nominabo. Cilix, libertus tuus, antea mihi minus fuit notus: sed ut mihi reddidit à te litteras, plena amoris, & officii, mirifice ipse suo sermone subiectus est humanitatem litterarum tuarum. Jucunda eijs oratio fuit, cum de animo tuo, de sermonibus, quos de habebas quotidie, mihi narraret. Quid quixi? biduo fastus est mihi familiaris: ita tamen, ut Phaniam valde sim desideratus: quem cum Romam remittes, quod (ut putabamus) celeriter eras facturus, omnibus ei de rebus, quas agi, quas curari à me voles, mandata des velim. L. Valerium, jureconsultum, valde tibi commendabo: sed ita etiam, si non est jureconsultus. Melius enim ei cœvere volo, quam ipse alii solet. Valde hominem diligo: est ex meis domesticis atque intimis familiaribus, omnino tibi agit gratias: sed idem scribit, meas litteras maximum apud te pondus habitudes. Id eum ne fallat te etiam atque etiam rogo. Vale.

<sup>1.</sup> *V*erum etiam (quod juvemus) curiosus. ] Debetur hec loci restitutio accurassimmo V. Ctorio, licet eam principice suragat Dionysius: existat et quoque in Stevvech, ac Vatic. In fineque in Pal. sec. & Grut. persuasione ralente: in pr. verum etiam quo dñs & curiosus. ceteri indigni sunt qui huc nominantur.

<sup>2.</sup> *Id* & ad brevitatem est aptius. ] Ubique frater Tullius vomicis ac noxiis Magisellorum tumortibus: qui ne ipsius aliquid deceperit videatur, inculcarunt id tamen mihi & ad brevitatem illi, abundante Pal. sec. tert. Gueranoro Stevvech. & cui quo sensu iste voces, non quisquili?

<sup>3.</sup> *Sic est tibi persuade, carissimum te mihi esse.]* Animofissimam hanc editionem produco ex Pal. cert. quint. cui si splicerit, mentem certe beatitudinalem habet. vulgo si enim tibi persuade.

<sup>4.</sup> *Inserit ja nostra confitendum & gratia.]* Optimi codices Pall. sec. tert. Grut. ne vellimus habent duarum vocum & gratia: quæ tamen necessarias esse res non est, verum illud celebitate longius preferrem illi cœritate, si melioris commatis codex accederet: tolis Peck. Pal. quint editione prima, ejus lectionis patronis, ceterum miror cur V. Ctorius aut Rob. Steph. edidit eas levitera Minerva: docuit me quippe istorum fatigorum. Sed *Maryshaneq. Diog. Kœand.*

<sup>5.</sup> *Quod neque tibi significis.]* Antiqua haec lectio, sed an idcirco magis

*Ergo Argentoratum. Peti ab Appio provinciam Ciliciam sibi expeditissimam tradi.*M. T. C. PROCONSUL, APPIO PULCHRO,  
IMP. S. D.

C U M & contra voluntatem meam, & præter opinio-  
nem accidisset, ut mihi cum imperio in provinciam  
proficiisci necesse esset, in multis, & variis molestiis, cogita-  
tionibusque meis, hac una consolatio occurrebat, 3 quod  
neque tibi amicitor, quam ego sum, quisquam posset suc-  
cedere: neque ego abullo provinciam accipere, qui mal-  
let eam mihi quam maxime aptam, explicatamq; tradere.  
Quod si tu quoque eandem de mea voluntate erga te spem  
habes, ea te profecto numquam falle. A te maximo opere  
pro nostra summa coniunctione, tunc singulari huma-  
nitate, etiam atque etiam quæso, & pero, ut, quibuscumque  
rebus potest, (poteris autem plurimis) propicias, con-  
sulas rationibus meis. Vides, ex senatu consilio provin-  
ciam esse habendam, si eam & (quoad ejus facere potueris)  
quam expeditissimam mihi tradideris, facilior erit mihi  
quasi decursus mei temporis. Quid in eo genere efficere  
possis, tui consilii est. Ego te, quod tibi veniet in mente  
mea interesse, valde rogo. Pluribus verbis ad te scribere-  
rem, si autua humanitas longiore orationem expecta-  
ret: aut id fieri nostra amicitia patetur: aut res verba  
desideraret, ac non pro se ipsa loqueretur. Hoc velim tibi  
persuades, 7 si rationibus meis prouidum esse intellexero.  
magnum te ex eo, & perpetuam voluptatem esse capturum,  
vale.

*Ergo Argentoratum. Peti ab Appio expeditissimam, neque militibus di-  
minutam provinciam sibi tradi.*M. T. C. APPIO PULCHRO,  
S. D.

A. d. xi Kalend. Junias Brundisium cum venissem, 8 Q. 2 Fabius, legatus tuus, mihi præsto fuit, eaq; me ex tuis  
mandatis monuit, quæ non modo mihi, ad quem pertine-  
Y bane

Ciceronianus ] O vo, verveces qui ad vestrum captum ac judicium re-  
fingitis istum virum sic est in Pall. pr. sec. tert. Grut. canique ipsam  
nisi fallor prodicat libellicus Iurens lib. iv. Miscell. ad Symmach. Ep. 50  
vulg. Amicor. sic epist. sec. Pall. sec. tert. Grut. nre se amicissimi paruisse  
provinciam aradis. sic pist. 5. idem codd. neminem persuisti nec mihi amicis  
torem, etc.

6. *Quod eis faceris poteris.]* Quid sequar huc, hætreo. Pall. pr. quæ  
vis facere poteris. sec. i manu secunda. quart. quint. quod equidem fac. pot.  
a quibus paullum nutent Peck. edit. prima quod quidem fac. tert. quod  
equi fac. quæ mihi omnium videtur sincerissima: nam quod eis glo-  
femina est.

7. *Si ratissimæ mei prouidam effici intellexeris.]* Vulgo: ratissimæ mei 2  
et prouidam. Lamb. prouidam à se effici intellexeris. sed quis (malum) colerat  
superflua excentrantes mis. Pall. sec. tert. Grut. Stevvechianus

8. *Q. Fabius legatus tuus.]* Nolui immutare hanc lectionem: licet  
pot. edit. V. C. Pall. sec. tert. Grut. Vatic. cotidemque Galil. ingerant. Q. Fa-  
bium, illud Q. Fabius propugnat Pall. sec. quart. quint. ipse Cicero Bi-  
pistola sequent: ubi Q. Fabius Virgiliani meminerit. paulo post omnes  
mis. nostri, ut & Stevvech assertor que non mihi ad quem pertinabant  
emoto illo modo, 3 contra vulg. opiniones.

1. Ea

bant, sed universo senatu venerant in mente, præsidio firmiori opus esse ad istam provinciam. Censebant enim omnes ferè ut in Italia supplementum meis, & Bibuli legionibus scriberetur. Id cum Sulpicius, consul, passarum le negaret, malta nos quidem questi sumus: sed tantus consensus senatus fuit, ut maturè proficeremur, parentum ut fuerit: itaque fecimus. Nunc, quod à te peti litteris iis, quas Romæ tabellaris tuis dedi, velim tibi cura sit, ut, quæ successori conjunctissimo, & amicissimo commodare potestis, qui provinciam tradit, & a pro nostra consociatis in voluntate, cura, ac diligentia tua complectare: ut omnes intelligent, nec me benivolenter cuiquam succedere, nec te amiciori potuisse provinciam tradere. Ex iis litteris, quarum ad me exemplum misisti, quas in senatu recitari voluisti, sic intellexeram, permultos à te milites esse dimisios: sed mihi Fabius idem demonstravit, id te cogitasse facere: sed cum ipse à te discederet, integrum militum numerum fuisse. Id si ita est: pergratum mihi feceris, si istas exiguae copias, quas habuisti, quæ minimè immittueris: & qua de re senatus consilto, quæ facta sunt, ad te missa esse arbitror. Evidem pro eo quanti te facio, quidquid feceris, approbo. Sed te quoque confido ea facturum, quæ mihi intelliges maxime esse accommodata. Ego C. Pomptinum legatum meum, Brundisi exspectabam: eumque ante Kalend. Jun. Brundisiu ventrum arbitror. Qui cum venerit, & quæ priuum navigandi nobis facultas data erit, utemur. Vale.

**T** A R G. L. Clodium eum Appii mandatis expeditat. Officium Appio in omnibus pollicetur.

**M. T. C. APPIO PULCHRO. S. D.**

**P**RIDE nonas Jun. cum essem Brundisi, litteras tuas acceperim: quibus erat scriptum, te L. Clodio mandasse, quæ illum mecum loqui velles. Eum sane expectabam, ut ea, quæ à te afferret, quæ priuum cognoscerem. Meum studium erga te, & officium, tametsi multis iam rebus spero tibi esse cognitum: tamen in iis maximè declarabo, quibus plurimum significare potero, tuam mihi estimatione, & dignitate in carissimam esse. Mihi & Q. Fabius Virgilianus, & C. Flaccus, L. F. & diligentissime M. Octavius, Cr. F. demonstravit, mea à te plurimi fieri: quod egomet multis argumentis iam ante judicaram, maxime illi libro angurali, quero ad me amicissimum scriptum, suavissimum misisti. Mea in te omnia summa necessitudinis officia conabantur. Nam cum te ipsius, ex quo tempore tu me diligere coepisti, quotidie pluris feci: sum accesserunt etiam conjunctiones necessariorum tuorum. & duo enim duarum etatrum plurimi facio, Cr. Pom-

pejum, filia tuae sororum, & M. Brutum, generum tauprobat, non mediocre vinculum mihi quidem attulisse videatur, ad voluntates nostras copulandas. Sed & si Clodium convenero, ex illius sermonе ad te scribam plura: & ipse operam dabo, te ut quæ priuum videam. Quod scilicet, tibi manenti cautam eam fuisse, ut me convenires, id mihi, ne mentiar, gratum est. Vale.

**T** A R G. De mandatis ab Appio missa Ciceronis provincian ingressu: De suo in provinciam itinere: De administratione provincie Scovula demandata ab Appio.

**M. T. C. APPIO PULCHRO. S. D.**

**T** RALLEIS veni ad v. Kalend. Sextiles ibi mihi praesito fuit L. Lucilius cum litteris, mandatisque suis & quo quidem hominem neminem potuisti, nec mihi amicorem, nec (ut arbitror) ad ea cognoscenda, quæ scire volebam, aptiorem, prudentiorem mittere. Ego autem & tuas litteras legi libenter, & audiui Lucilium diligenter. Nunc, quoniam & tu ita lenis, (scribi enim, quæ de nostris officiis ego ad te scripserim, eti tibi jucunda fuerint, tamen, & quoniam ex alio repetita sint, non necessaria te putasse) & te vera, confirmata amicissima, & perspicua commemorative officiorum superiaca est: eam partem orationis prætermittam: tamen agam, ut debeo, gratias. Animadversi enim, & didici ex tuis litteris, te omnibus in rebus habuisse rationem, & ut mihi consuleres, testifice, reliquo, & præparares quodammodo omnia, quæ mea ratio facilior, & solutior esse posset. Hoc tuum officium cum mihi gratissimum esse dicam, sequitur illud, ut te existimare velim, mihi magna cura fore, atque esse jam, priuum, ut ipse tu, tuique omnes: deinde ut etiam reliqui scire possint, me tibi esse amicissimum. Quod quibus adhuc nos satis est perspicuum, ii mihi nolle magis, nos hoc animo esse, quæ non intelligere videntur. Sed profectò intelligent, neque enim obscuris personis, nec parvis in causis res aguntur. Sed haec geri melius, quæ dici, aut scribi volo. Quod itinetum meorum ratio te nonnullam in dubitationem videtur adducere, visurusne me sis in provincia: 9. ex res sic se haber. Brundisi cùm loquerer cum Phania, libertuo tuo, veni in eum sermonem, ut dicenter, me libenter ad eam partem provincie priuum esse venturum, quæ maximè velle arbitraretur. Tunc mihi ille dixi, 10. quæ classe tu velles decidere: si & per fore accommodatum tibi, si ad illam maritimatam partem provincie, navibus accessissim. Dixi te esse facturum: itaque fecissem, nisi mihi L. Clodius noster Coscyræ dixisset, minime id esse faciendum: te Laodicea fore ad meum adventum. Eras id mihi

**T. Ea pro nostra consociatis voluntate, cura a d. ]** Siemiores co-dicis nostris: Medic. Victor. Pall. pr. fac. quart. Vatic. cur Lambinus ac Manutius antiquis sive hinc lectione vulgariter, consociatis voluntate organis, &c. preferant, velim litteras tuas.

**2. Quæ de re Senatus consilio quæ facta sunt. ]** Iu. quart. Pall. Grut. Stevvech. Ita tamen ut viribus maiorum, ingratis accidit primi Palat. collatio: quæ de re quæ facta sunt senatus consilis ad te missa est arbitrio. vulgo denarus consulis, in quam lectionem Pall. quart. interpolatus est.

**3. Quæ priuum navigandi nobis facultas data erit utemur. ]** Liquidissima lectio hac erat in Pall. prioribus quartuor, in Pk. Grut. Stevvech. item Vaticano: quæ à Victori, quoque inventam atque editam video, vulgariter alias: **Quæ cum venerit, cum priuum navigandi nobis facultas data erit, et nimirum aliqui miss. quæ priuum: et quæ male.**

**4. Duo enim duarum etatrum plurimi facio. ]** Siemiores Florentino Vicensis, quod probat Lambinus, quidni & ego, cum repeterem in Pall. pr. libro omnium elegantissimos, calligraphicos, qui omnes omnium Italicorum in hoc volumen copias inconciliare possumus: ut ait Plautus. Vulgo Dux.

**5. Et M. Brutum, generum tuum. Collegique sensatio. ]** Quinque Pall. Grut. & meum Brutum: quod ut non damnum, sic quoque temere non admittam, nam illud meum potest ex divinatione litterarum ortum & propagatum esse à scoliosis librariis. vulgo paulo post, Collegi quippe sensatio: sed ut calligavi. o. mss. Vict. paulo post, omnes mss. artificierideatur, sicut & pre sa edit. non videtur. & terum: sed & si Clod. Vulgo excusum est.

**6. Quæ quidem hinc in neminem potuisti. ]** Represento hanc locutionem ex Pall. quatuor prioribus, Grut. Stevvech. vulgo: hinc in neminem, sed sic quoque Plautus hinc nemo: nemo natur.

**7. Quoniam ex alio repetita fuit. ]** O. mss. & edit. stit. habent: vulgo fuit, paulo ante: Pall. quart. Grut. quæ nostris officiis ego ad te scripsi sunt, ita sicut & paulo post: hoc. tort. Geut. prætermittam tamen eam, ut abeas graui, abrupto illo i. b. quorum: confessus mihi non sponte, sed videtur. scripsi quoque superiaca non superiaca & Pall. lectio tertia quart. Gruteriano.

**8. Ut mihi confundaris, restituereisque & preparare. ]** Haec fecit est in omnibus & mss. & editionibus. Lamb. & conjectura reparatur, at Guiliel. confundensque flaverisque & prep. neutrum audio.

**9. Ex te se habeat. ]** Sic o. mss. Grut. Stevvech. prima editio. Alias non male: ex te se habeat.

**10. Quæ classe tu velles decidere. ]** Cur hæc lectio exulet vulgariter nescio: ex certe confidetur in editione prima, V. C. or. Pall. quatuor. Grut. nam in Pall. pr. hæc omitti sunt. vulgo, ex arbitratu alij capi pædagogi, excusum est: dicitur clavis tu velles decidere, sed illum cum sua auctoritate cum inibet & cepit edere iubeo.

**11. Et profere accommodatum, si ad illam maritimatam partem provincie nescio. ]** Sic hunc locum reponit in Pall. quatuor. Grut. edit. prima & Victori, tribus Guilielianis. pro illam, conjectura, ex sequenti epistola ductus, quippe emendavit fidem. Pall. pr. secundum ceterum Guiliel. maximando partem provincie pro gloria duebat; vobatque trigram illam vocabulorum ab hoc eloquentia corru abjugatam: sed & raro ignorarunt Pall. test. quart. Grut. in navibus.

**3. Prosp**

ād mihi multo brevius, multoque commodius, cum præteritum te ita malle arbitraretur. Tua ratio postea est communista. Nunc, quid fieri possit, tu facillimè statuēs, ego tibi meum consilium exponam. 1 Prope Kal. Sextil. puto me Laodicea fore: per paucos dies dum pecunia accipies, quæ mihi ex publica permutatione debetur, commorabor. Deinde iter faciam ad exercitum, ut circiter Idus Sextil. putem me ad Iconium fore. Sed si quid nunc me fallit in scribendo, & procul enim abersam ab re ipsa, & à locis) simul ac progressio corporo, & quām celebrare potero, & quām creberimus litteris faciam, ut tibi nota sit omnis ratio diuinum, atque itinerum meorum. Oneris tibi imponere nec audeo quidquam, nec debeo. Sed quod tuo commando fieri posse, & utriusque nostrum magni inter \*\* quām decessas. Quam facultatem si quis calus eripuerit, mea tamen in te omnia officia constabunt, non secus ac si te vidisset. Tibi de nostris rebus nihil sum ante mandatus per litteras, quām desperaro coram me tecum agere posse. Quod te à Scavula petuisse dicas, ut, dum tu abesses, ante adventum meum, provincia præcesset: eum ego Ephesi vidi: fuitque mecum familiariter triduum illud quod ego Ephesi comoratus sum: nec ex eo quidquam audiri, quod sibi à te mandatum diceret. Sane velim potuisse obsequi voluntati iux. non enim arbitrator noluiss. Vale.

¶ A.R.G. De Appi congressu expedito, eog. ab Appio curato. Descripsit provinciam itinera.

M. T. C. S. D. APPIO PULCHRO.

Cū meum factum cum tuo comparo, et si non magis mihi favo in nostra amicitia tuenda, quām tibi: tamen multo magis meo facto delector, quām tuo. Ego enim Brundisi quāsivi ex Phania, cuius mihi videbar & fidelitatem erga te perspicisse, & nos locum, quem apud te es teneret; quam in patrem provinciam maximè putaret te vello, ut in succedendo primū venire. Cum illi mihi respondisset, nihil me tibi gratius facere posse, quām si ad Sidam navigarem: et si minus dignitas habebat illa adventus, & ad multas res mihi minus erat aptus, tamen ita me dixi facturum. Idem ego cū L. Clodio Coryz convenissem, hominem ita tibi conjunctum, ut mihi, cum illo cum loquerer, tecum loqui viderer: dixi ei, me ita facturum esse, ut in eam partem, quam Phania rogasset, primū venire. Tunc ille mihi cum gratias esset, magnopere à me petivit, ut Laodiceam protinus irem: te in prima provincia velle esse, ut quām primū decesseres: quin, nisi ego successor essem, quem in cuperes videte, te antea, quam tibi successum essem, decessum fuisse: quod

quidem erat consentaneum cum iis litteris, quas ego Romæ acceperam: ex quibus perspexisse mihi videbar, quam festinates decedere. Respondi Clodio, me ita esse facturam, ac multo quidem libertius, quam, si illud esset faciendum, quod promiseram Phania. Ita &c. consilium mutavi, & ad te statim mea manu scriptas litteras misi: quas quidem ex tuis litteris intellexi satis matuere ad te esse perlatas. Hoc ego meo facto valde delector, nihil enim potuit fieri amantis. Considera nunc vicissim tunum. Non modò ibi non fuisti, ubi me quām primum videre posse, sed co discessisti, quod ego te ne persequi quidem possem triginta diebus, qui tibi ad decedendum lege (ut opinor) Cornelius constituti essent. ut tuum factum, qui, quo animo inter nos simus, ignorant, alieni hominis, (ut levissime dicam) & fugientis congressum: meum vero, conjunctissimi, & amicissimi esse videatur. Ac mihi tamen antē, quām in provinciam venire, redditus sunt à te litteræ: quibus es iste Tarsum proficii demonstrabas, tamen mihi non dubiam spem mei conveniendi afferebas: cum interea, credo equidem, malivoli homines (latè enim patet hoc vitium, & est enim in multis) sed tamen probabilem materiam nauci sermonis, ignari mez constantiz, conabantur alienare à te voluntatem meam: qui te forum Tarri agere, flautæ multa, decernere, judicare, dicerent, cum possete jam suscipiari, tibi esse successum: quæ ne ab iis quidem fieri solerent, qui brevi tempore a sibi succedi putarent. Horum ego sermone non movebar, quinetiam ferebas mihi velim: si quid tu ageres, levari mi putabam molestia: & ex annua provincia, quæ mihi longa videtur, & propè jam undecim mensium provincianum factum esse gaudebam, si absenti mihi unius mensis labor detractus esset. Illud (vere dicam) me movere, in tanta militum paucitate abesse tris cohortis, quæ sint plenissimæ: nec me scire ubi sint. Melostissimè autem fero: quod, te ubi visurus sim, nescio: eoque ad te tardius scripsi, quod quotidie te ipsum expectabam: cum interea ne litteras quidem ullas accepi, quæ me docerent, quid ageres, aut ubi te visurus esses. Itaque virum fortis, mihiq; in primis probatum, Antonium, prefectum evocatorum, misi ad te, cui, si tibi videatur, cohorte tradeteres: ut, dum tempus anni esset idoneum, aliquid negotii getere possem. In quo, tuo consilio ut me sperarem esse ulturum, & amicitia nostra, & litteræ tue fecerant: io quod ne nunc quidem despere. Sed plane, quando, aut ubi te visurus sim, nisi ad me scripleris, ne suspicari quidem possum. Ego, ut me tibi amicissimum esse, & æqui, & iniqui intelligent, curabo. De tuo in meaniino inquis secus existimandi visceris nonnihil loci dedisse, id si correxeris, mihi valid' gratiam erit. Et, ut tu

Y. 2

habeas

1. Prope Kal. Sextil., puto me Laodicea fore.] Minor quibus fiducis alii se ferent pridie, cum hoc exfet, in editionum primaria, Victorius, Pal. tribus, Grut. Peck. propono tamen pénitendum optimi codicis primi lectionem cordinationibus; propter Kal. Sextil. natum huius fali vnam movere.

2. Present enim abebam ab ea ipsa & a deo.] Sic ex Medicco Victorius: sic quoque o. Pall. præter tert. Gruter. Stevcho, vulgo, Præstans ab rīga, & tesci.

3. Quām celebrimè pater, & quām creberimè tenueris faciam.] Præstans bachelionem quām obtulit Pall. quart. benignus: & magis quādā eam certam ex Med. cod. primæ editione ore ab Egnoti adjectam: Nam certiorum turbillas mihi nō dant. Pall. fec. tert. Stevcho: & quām creberimè non habemus, quare vero, quām celebrimè patuerit & primæ edit. Vict. & Pall. præstans agunt vulgariter: quām celebrimè patuerit & quām creberimè litteris fac.

4. Utrinque nostrum magni inter \* quam decessas. ] Præstans multum Ciceron' auctum tenet, quām alij cūrū male aceratum, no coherens lumen: hec Victorius in suo invento: sic ego in Pall. præstans quām lundate fidei codice, gemina littera auctor, et cōf. quāt. inter \* neque mutat nullum ter, in quo: utrinque nostrum magni inter \* quam decessas: cōf. tamē lxx oratione impoget ne me rideam: cum sic in loc. inter \* ut te rideam ex te quām decessas. in quanto & magnis intercessis quādā decessas. unigō ex mangantio ingenio? Simorum caput: 1. loc. 1. p. 1. si se auctorā quām decessas. Mīhi fixum determinatumq; est quicquid poterit de dicto codicium missi alieni deprehendere, exonerare non enim Cicerone id est in quem omnes putidi hominaciones sui serobi foricas de-

dacere debeat.

5. Mea tamen in te uota & fiducia facias.] Certant invicem missi meiorum consenserunt prædicti: po huc enim lectione sunt, Pall. pr. quint. Grut. Stevcho, edit. primæ ac Victoria. pro illa: mea tamen in te officia confidamus: Pall. leccona, et. Lamb. vulgo, officia deſtit.

6. Sancti bellorum pugnare ac signi.] Nihil ego muto, cum hæc scriptura sit cod. Medic. nec longe ab ea Pall. pr. prius, facilis enim mixtura seu mutatione: p. 1. licet omnes reliqui sicut & Victor. petuisse. nam & Variano nostro mixtus.

7. Et id eadem in multis.] Non ausus sum discedere à Victorio, Pall. sequitur quint. Primus vitrum etiam in multis: & non tamen improbarandum judico lectionem cod. Peck. lati enim ac pater Victoria, & in multis.

8. Sibi faciē pugnare.] Sic omnes Pall. deut. Victoria, alias: pugnare iri putarent.

9. Prope Januadūm mysham provinciam] Benj. Lamb. uideamus nonnihil: agod tamen in quāl omnino nostros reperti: ut videatur non nōne ostentatur à Victoria & prima edit. Pall. pr. lec. quart. quint. Vatic.

10. Quod ne nome quidem despere. ] Ita quinque Pall. cod. Gruteri, Victoria editio. Gulielmus tamen in Codicis eckianæ scripturam quām & ego in editione prima animadverso, propondebatur, quæ ne. (pro nix) ige nōne quidem despere, ut confirmet desipere le de consilio Appi, quod prima fronte aliquid apparet, sed si pertandas & componas cum sequentibus tri volum magis nōnco ac levius ppula tenueris, nam & nimis intellendo nostrum fruparem prodigus.

L. 28

habere rationem possis, quo loco me, salva lega Cornelia, convenias, ego in provinciam veni pridie Kal. Sext. iter in Ciliciam facio per Cappadociam, castra movi ab Iconio pridie Kalendas Sept. Nunctu & ex diebus, & ex ratione itineris, si putabis me esse convenientem, constitues, quo loco id commodissime fieri possit, & quo die. Vale.

**G A R G.** Querelis Appii facias : Offendis enim se jure obicitisse, ne Appiani monumentum Appi extruderet : ergo nomina tributum exigenter. Ad hanc fatus se Appio obviam non prodidisse, non tamen Appium ea de causa queri debere, cum ipsi Appio sic par & tamen amicissimus.

#### M. T. C. S. D. APPIO PULCHRO.

**P**LURIBVS verbis ad te scribam, cum plus otiis nactus ero. Hac scripti subito, cum Brutus pueri Laodicea me convenienter, & se Romani properare dixissent. Itaque nullas iis, praeterquam ad te, & ad Brutum, dedi litteras. Legati Appiani mihi volumen a te, pleium querelæ iniquissimæ, reddiderunt, quod eorum adificationem litteris meis impeditsem. Eadem autem epistola petebas, ut eos quam primum, ne in hiemem incidarent, ad facultatem adificandi, liberarem : & simul per acutæ querebare, quod eos tributa exigere veterem, prius, quam ego, ne cognita, permissem. genus enim quoddam fuisse impediendi, cum ego cognoscere non possem, nisi cum ad hiemem me ex Cilicia receperissem. Ad omnia accipe : & cognosce æquitatem expostulationis tuae. Primum, cum ad incedium esset ab illis, qui dicerent, à se intolerabiliis tributa exigunt, quid habuit iniquitatem, me scribere, ne facerent, antequam ego rem, causamque cognoscem? Non poteram, credo, aate hiemem, sic enim terribis. Quasi vero ad cognoscendum ego ad illes, non illi ad me venire debuerint. Tam longe & inquis. Quid? cum dabas iis litteras, per quas mecum agebas, ne eos impeditrem, quo minus ante hiemem adificarent, non eos ad me venturos arbitrabar? Tametsi id quidem fecerunt ridicule, quas enim litteras afferebant, ut opus astate facere possent, eas mihi post brumam reddiderunt. Sed scito, & multo plureis esse, qui de tributis recusat, quam qui exigunt velint : & me tamen, quod te velle existimet, esse facturum. De Appianis haec tenus. A Pausania, Lentuli liberto, accesso meo, audiui, cum dicaret, se secum esse questum, quod tibi obviam non prodidem. Scilicet contempsit te : nec potest fieri me quidquam superbius. Cum puerius ad me secunda ferè vigilia venisset, isque te ante lucem Iconium mini venturum nuntiasset, incertumque, ultra vi, cum essent duæ : altera Varrone, eum familiarissimum, altera Q. Leptam, praefectum fabrum meum, tibi obviam misi, mandans utrique eorum, ut antè ad me excurserent, ut tibi obviam prodire possem. Currens Lepta venit, mihiq; enuntiavit, te jam castra pretergressum esse. confessum Iovinum veni, cetera jam tibi nota sunt. An ego tibi obviam non prodidem? primum Appio Claudio? deinde, imperato? deinde, more magorum? deinde, quod caput est, amio? præteriū cum in isto genere multo etiam ambitius facere soleam, quam honor meus, & dignitas postular. Sed hoc haec tenus. Illud idem Pausania dicebat: Quidni? Appius Lentulus, Lentulus Appio p'cessit obviam; Cicero Appio no'lit? Quozlo, etiamne uas ineptias, homo / mea senten-

tia) summa prudentia, multa etiam doctrina, placitum rerum usu, & addo urbanitate, quæ est virtus, ut Stoici rectissimè putant: ullam Appietatem, aut Lentulitatem, valere apud me plus, quam ornamenta virtutis, existimat. Cum ea consecutus nonsum eram, quæ sunt hominum opinioribus amplissima: tamen ita vestra nomina numquam sum admiratus: viros esse, qui ea vobis reliquisti, magnos arbitrabat. Postea vero, quam ita & cepi, & gessi maxima imperia, ut mihi nihil neque ad honorem, & neque ad gloriam acquirendum putarem: superiorum quidem numquam, sed parem vobis me speravi esse factum. Nec mehercule, aliter vidi existimare, vel Cn. Pompejum, quem omnibus, qui umquam fuerunt, vel P. Lentulum, quem mihi ipsi antepono. Tu si aliter existimas, nihil errabis, si paullo diligenter: ut quid sit *Δύτερα*, quid sit nobilitas intelligas? Athenodorus, Sandonis filius, quid de his rebus dicat attenderis. Sed, ut ad rem redcam, me tibi non amicum modò, verum etiam amicissimum existimes velim. profecto omnibus meis officiis efficiam, utia esse verè possis judicare. Tu autem si id agis ut minus mea causa, dum ego absim, debere videaris, quam ego tua laborarim: liberote ista cura. *παρὰ λόγῳ τοῦ ζεύς οὐκέτι μηδέποτε πλάνην δέ μηντεντεῖται.* Si autem natura es *φίλατην*, illud non perficies, quo minus tua causa velim. hoc aesse quære, ut, quam in partem tu accipias, minus labore. Hac ad te scripti libertius, fretus conscientia officiimi, benivolentia que: quam à me certo iudicio suscepimus, quoad tu voles, conservabo. Vale.

**G A R G.** Appio respondet querenti immunitos sibi honores à Cicrone. De rebus urbanis certiorum factum se ab Appio. De rebus suis ad Appium scribit. Sibi ab eodem Appio scripsi populat.

#### M. T. C. PROCONS. S. D. 4 APPIO.

#### P U L C H R O.

**E**T si, quantum ex tuis litteris intelligere potui, videbam, te hanc epistolam, cum ad urbem esses, esse lecturum, refrigerato jam levissimo sermone hominum provincialium: tamen, cum tu tam multis verbis ad me s' de improborum oratione scripisses, faciendum mihi putavi, ut tuis litteris brevi responderem. Sed prima duo capitla epistolæ tuæ, tacita mihi quodammodo relinguenda sunt. Nil enim habent, quod aut definitum sit, aut certum: nisi me vultu, taciturnitate significasse, tibi non esse amicum, idque pro tribunali, cum aliquid ageretur, & non nullis in convivis intelligi potuisse. Hoc totum nihil esse, possum intelligere: sed cum sit nihil, ne quid dicatur quidem, intelligo. Illud quidem scio, meos multos, & illustres, & ex superiori, & ex quo loco sermones habitos cum tua summa laude, & s' cum magna sollicitudine, significacione nostræ familiaritatis, ad te verè portuisse deferriri. Nam, quod ad legatos attinet, quid à me fieri potuit aut elegantius, aut justius, quam ut sumus egenissimum civitatum minusem, sine ulla imminutione dignitatis tuae, præsternit ipsis civitatibus postulantibus? Nam mihi totum genus legationum tuo nomine proficisciunt, nōrum non erat. Apamea cum esset: multarum civitatum principes ad me deulerunt, sumus decerni legatis nimis magnos, cum solvendo civitates non essent. Hic ego multa simili cogitavi, primum te hominem, non solum lapientem,

2. Et simul peractio queritur. 3. Non temerarius consensus Pall. sec. tert. quart. Grut. Stevvech'eck. cum editionum prima: & simul peractio queritur: Sed mihi ante hoc tamen placet peractio.

2. Ad urbaniat. 3. Unicaram omnes Pall. prætuli tamen lectio nem Victoriae: impressoris & Vatic. cod. ut maximè concinnam, argue elegantem.

3. Nigra ad gloriam acquirendum putaram. 4. Prætuli & hanc lectionem ex Vatic. atque edition Victoriae, cum in quatuor Pall. & Stevvech'eck. exsistat acquirendum put. vulgo & acquirendam dñe se put.

4. APPIO P. L. CHR. 5. Vulgo addunt IMPERATORI: quod ego in

folio tertio inveni: ceteri omnes ignorant hunc titulum.

5. De improborum oratione scripisse. 6. In optimo codice Pal. pr. & Grut. quemadmodum Lambinus conjecterat: motuante, sed ideo ego non referrem ad triumphi marasceri, quos nominat Lamb.

6. Etiam magna sollicitudine, significacione nostræ fam. 7. Ea est lectio primorum editionum, Pall. quoque, cotidemque Gulielm. aerum ac Grut. 8. Pal. tert. sollicitudine significacione, quam scripturam nescio alicuius oris Venetia editionis adaptavit. Vulgo: cum magna nostra significacione nostræ fam.

pietatem, verum etiam (ut nunc loquimur) non urbanum, non arbitrabar genere isto legationum delectari: idque me arbitror Synnadi pro tribunali, multis verbis disputavisse: primum, Appium Claudium, senatum, populoque Rom, non Myndenium testimonio, (de ea enim civitate mentio facta est) sed sua sponte, esse laudatum; deinde me ita vidisse multis accidere, ut eorum causa legationes Roman venirent: sed his legationibus non meminisse ullum tempus laudandi, aut locum dati: studia mihi eorum placere, quod in te bene merito grati essent: consilium totum videri minimè necessarium. Si autem veleint declarare in eo officium suum, laudaturum me, si qui suo sumtu functus esset officio: concessurum, si legitimo: non permisum, si infinito. Quid enim reprehendi potest, nisi quod addis, visum esse quibusdam edictum meum, quasi consultò ad istas legationes impedierendas esse accommodatum? Jam non tam mihi videntur injuriam facere ei, qui hæc disputant, quam si cujus aures ad hanc disputationem patent. Romæ composui edictum: nihil addidi, nisi quod publicani me rogarunt, cum Samum ad me venissent, ut de tuo edito tertidem verbis transferrem in meum. Diligentissime scriptum caput est, quod pertinet ad minuendos sumptus civitatum: quo in capite sunt quædam nova, salutaria civitatis, quibus ego magnopere delector. Hoc vero, ex quo suscipio nata est, me exquisitè aliquid, in quo te offendetur, translatum est. Neque enim eram tam desponsus, ut private rei causa legari putarem, qui & tibi non privato, & pro re non privata tua, sed publica: non in privato, sed in publico orbis terra consilio, id est, in lenatu ut gratas agerent, mittebantur: neque cum edixi, ne quis injussa meo proficeretur, exclusi eos, qui me in castra, & qui trans Taurum periequi non possent. Nam id est maximè in tuis litteris irritendum. Quid enim erat, quod me persequebantur in castra, Taurumve transirent, cum ego Laodicea usque ad Iconium iter ita fecerim, ut me omnium illarum dioecesi, quæ cis Taurum sunt, omniumque earum civitatum magistratus, legationesque convenienter? Nisi forte postea ceperunt legare, quam ego Taurum transgressus sum, quod certè non ita est. Cum enim Laodiceæ, cum Apameæ, cum Synnadi, cum Philomeli, cum Iconii essem: quibus in oppidis omnibus commoratus sum: omnes jam istius generis legationes erant constituta. Atque hoc tamen te leste volo, ne de isto sumtu legationum aut minuendo, aut remittendo decrevisse nihil, nisi quod principes civitatum à me postulasset: ne in venditionem tributorum, & illam acerbissimam exactiōnem (quam tu non ignoras) capitum, atq; oīstorum inducerentur sumptus minimè necessarii. Ego autem cum hoc suscepissim, non folum iustitia, sed etiam misericordia adductus, ut levarem miseriis perditas civitates, & perditas maximè per magistratus suos, non potui in illo sumtu non necessario negligens esse. Tu, cum istiusmodi sermones ad te delati de me sunt, non debuisti credere. Si autem hoc genere delectaris, ut, quam tibi in mentem veniant, aliis attribuas: genus

sermonis inducis in amicitiam minimè liberale. Ego si in provincia detrahere de tua fama umquam cogitasse, non ad generum tuum Lentulum, neque ad libertum tuum Brundisii, neque ad praefectum fabrum Coreyre, quem in locum me venire velles, retulisse. Quare potes, doctissimi hominibus auctoribus, quorum sunt de amicitia genda preclarissimi scripti libri, genus hoc totum orationis tollere, DISPUTABANT, EGO CONTRA DISSEVERAM. DICBANT, EGO NEGABAM. An mihi de te nihil esse dictum umquam putas? ne hoc quidem quod, cum me Laodiceam venire voluisse, Taurum ipse transi? Quod ita diebus meus conventus erat Apameæ, Synnadi, Philomeli; tuus Tharsus? Non dicam plura, ne, in quo te objurgem, id ipsum videar imitari. Illud dicam, ut sentio: si ista, quæ alias loqui dicit, ipse sentit: tua summa culpa est. fin autem alii tecum hæc loquantur: tua tamen, quod audi, culpa nonnulla est. Mea ratio in tota amicitia nostra constans, & gravis reperiatur. 1. Quod siquicunque attingeret, fingit: quid potest esse callidius, quam, cum te absenteam semper defendem, cum præsentem mihi usum venturum non arbitraber, ut ego quoque absens à te defendendus essem: nunc committerem, ut tu jure optimo me absenteam defere posset. Unum genus excipio sermonis, in quo perspice aliquid dicitur, quod te putem nolle dici; 2 si aut legatorum tuorum cuiusdam, aut praefectorum, aut tribunorum militum male dicitur: quod tamen ipsum non mercure adhuc accidit me audiente, ut aut gravius dicereatur, aut in pluris, quam mecum Corcyra Clodius est locutus: cum in eo genere maxime quereretur realiorum improbitate minus felicem fuisse. Hos ego sermones, quod & multi sunt, & tuam existimationem, ut ego sentio, non offendunt, lacescunt numquam, sed non valde repressi. Se quis est, qui neminem bona fide in gratiam putet redire posse: non nostram is perfidiam coaguit, sed indicat suam: simulque non de me is pejus, quam de te existimat. Si autem quem mea instituta in provincia non delectant: & quadam dissimilitudine institutorum meorum, ac tuorum ladi se putat, cum uterque nostrum recte fecerit, sed non idem uterque fecerit: hunc ego amicum habere non curio. Liberalitas tua, ut hominis nobilissimi, latius in provincia patuit. 3 Nostra si angustior esti de tua prolixa, beneficiorum natura limavit aliquid posterior annus, proprie quandam cristiā temporum) non debent mirari homines, cum & natura semper ad largiendum ex alieno fuerit restrictor, & temporibus, quibus alii moventur, istud ego movere: non esse acerbum sibi, ut sim dulci mihi. De rebus urbanis quod me certiore fecisti, cum per se mihi gratum fuit, tunc quod significasti, tibi omnia mea mandata cura fore. In quibus unum illud ut præcipue rogo, ut cures, ne quid mihi ad hoc negotii aut oneris accedit, aut temporis: Hortensiumque, nostrum collegam, & familiarem, roges, ut, si umquam mea causa quidquam aut sensit, aut fecit, de hac quoque intentia bima decedat: qua mihi & nihil potest esse iniuricius. De nostris rebus quod scire

Y y 3

vis 2

1. Quod si qui me aspiceret fragit: quid potest esse callidius. Sic ante Lambini, prima editio ac Victorii: qui pro quis ut panilo supra; si qui sussumus effigi officies ex Pall. sec. Grat. Vatic. jam callidius est in primo, quart. quint. ac Peck. Gracilis fec. tert. callidius puto antiqua scriptura non geminante liquidus haec ipsius. vulgo incolitus nimis frivolum. Ceterum paulo post est in Pall. sec. cum præstissim mihi auctorum non arbitraber, quod valde probo: Sic Plant. Cistell. si quis uane dicitur, Item Bacch. Anfagis hercules si magis uide uenit. Tercient. Heaut. Den. uia remittit ipsos, aut illos sic accepore, accipe ut idem Ater Phorm. Nec cum hispemadu unquam ofue remittit, ut cuiuslibet male. Pall. tert. uia venit.

2. Si aut legatorum tuorum cuiusdam a. pref. a. tr. ml. maledicimus. Heic potius alii credidi quam mihi: post Victoriae Manutio, Lambino hanc lectionem exhibentibus, accedente Vaticano cod. in quo talis scriptura restat, ceterum nullus nostrorum hanc lectionem favet: quorum tri. & Gracilis, quippan ant. pref. aut trib. militum male dicit & quod ego

non sperner rationibus mihi domi conductis pessum, primus vero accedit ad Victorianam lect. quippe quippan & ciprian, iam vero nra iepi ex brevitate ignorantia præteritur; ut modo sopra. Illud vero recte est ex Palat. pr. sec. Grat. Medic. Vatic. emendarum, ut in plurim vulgo inesp. aut impurum, quod tamen velut legitimum nonnullos codices invasit & infect.

3. Nostra si angustior esti vulgo angustior erit. sed istud verbi neg. in melioribus editionibus, neque in ullis miss. conspicitur. amandavi ergo estis xppgnys, ceterum in omnibus nostris, ut & tribus Galiel. est ditimatis non timaris. Ignatius quia inveneras in Medicco timaverat legit eliamit, quod verbum est Latinum & proprium hujsen sensu, duatom à linea que accerte quod superfluum Mihi in illo Limitabat subesse aliquid fulpicio est: altiusque tot codicium fides apud me fundata est, quam vel monumenta sagacissima conjecturæ seu acuminis.

4. Nobis præf. iste iniuricius. Et hunc quarto Pall. priorum scriptura est ac Gracianus vulgo iniuricius. vide supra hoc eodem libro.

L. 19

vis: Tarso, nonis Octobr. Amanum versus profecti sumus. Hac scripti postridie ejus diei, cum castra haberemus in agro Moshestia. Si quid egero, scribam ad te: 2 neque domum umquam ad me litteras mittam, quin adjungam eas, quas tibi reddi velim. De Parthis quod queris, tuisse nullos puto. Arabes qui fuerunt, admisit Parthico ornatus, dicuntur omnes revertisse. Hostem esse in Syria negant ullum. Tu velim ad me quam scriptissime, & de tuis rebus scribas, & de meis, & de omni reipublica statu, de quo sum sollicitus eo magis, quod ex tuis litteris cognovi, Pompejum nostrum in Hispaniam itum. Vale.

*G A R G. Litteras ab Appio sibi humanissime scriptas ait. Gratulatur Appio triumphaturo: Libros Augurales petit ab eodem Appio, & ut sibi decerni supplicationem curat.*

M. T. C. APPIO PULCHRO S. D.

Vix tandem legi litteras dignas Appio Clodio, plenas humanitatis, officii, diligentiae. Adspexit videlicet turbis tibi tuam pristinam urbanitatem reddidit. Nam, quas ex itinere ante, quam ex Asia egressus es, ad me litteras misisti, unas de legatis a me prohibitis proficisci, alteras de Appianorum adificatione impedita, legi perinvitus. Itaque conscientia mea constantis erga te voluntatis, rescripti tibi subiratus. Iis vero litteris lectis, quas Philotimo, liberto meo, dedisti, cognovi, intellexique, in provincia multos fuisse, qui nos, quo animo inter nos sumus, esse nollent: ad urbem vero ut accesseris, vel portius ut primum tuos videris, cognosse te ex iis, qua in te absensem fide, qua in omnibus officiis tuendis erga te observans, & constantia fuisse. Itaque quanti illud me estimare putas, quod est in tuis litteris scriptum: si quid incidenter, quod ad meam dignitatem pertineat, et si vix fieri possit, & tamen te parem mihi gratiam relaturum? Tu vero facile facies. Nihil est enim, quod studio, & benivolentia, vel amore portius, effici non possit. Ego, eti & ipse ita judicabam, & fiebam crebro a meis per litteras certior: tamen maximam latitudinem cepi ex tuis litteris de spe minime dubia, & planè explorata triumphi tui: neque vero ob eam, causam, quo ipse facilis consequeretur: (nam id quidem *est in meo* est) sed, mehercule, quod tua dignitas, atque amplitudo mihi est ipsa cara per se. Quare quoniam plurest tu habes, quam ceteri, quos scias in hanc provinciam proficisci, quod te adeunt ferè omnes, si quid velis: gratissimum mihi feceris, si ad me, simulataque adeptus eris, quod & tu confidis, & ego opto, litteras miseris. Longi subtellii (ut noster Pompejus appellat) iudicatio, & mora, si quem tibi item unum, alterumve diem abstulerit, (quid enim potest amplius?) tua tamen dignitas suum locum obtinebit. Sed si me diligis, si à me diligis vis, ad me litteras, ut quam primum latititia a ficias, mittito. Et velim, reliquum quod est promissi, ac muneras tui, mihi perfolvas. Cum ipiam cognitionem juris augurii consequi cupio, tuin mehercule tuis incredibiliter studiis erga me, munericibus que delector. Quod autem a me tale quiddam desideras, sanè mihi considerandum est, quoniam te remunerum potissimum gener: nam profecto non est meum, qui in scribendo (ut soles admirari) tantum industrie ponam, com-

mittere, ut negligens scribendo fasce videar: praesertim id non modo negligens, sed etiam ingratu animi crimen furorum sit. Verum hac videbimus. Illud, quod polliceris, velim pro tua fide, diligentiaque, & pto nostra non instituta, sed jam in veterata amicitia, cures, emitate, ut supplicatio nobis quam honorificentissime, quam priuscumque decernatur. Omnino serius mili litteras, quam vellem: in quo cum difficultas navigandi fuit odiosa, & tum ipsum discessum senatus, incidisse credo litteras meas. Sed id feci adductus auctoritate, & consilio tuo: idque a me recte factum puto, quod non statim, ut a pueris, tuus imperator sis, sed alii rebus additis, effivis confectus, litteras miseris. Hoc igitur tibi erunt curse, quemadmodum ostendis: meque totum, & mea, & meos commendatos habebis. Vale.

*G A R G. Se graviter commoquerum scribis quod à Dolabellis, & Appia magistrati sit accusatus. De suo & omnium ordinum erga Appium studio. Redit ad accusationem Dolabellae. Negat si quidquam laudibus Appii detrahebatur. Sua erga Appium studia memoras. De eodem Appio censori futuro scribi.*

M. T. C. APPIO PULCHRO S. D.

Cum est ad nos allatum de temeritate eorum, qui tibi negotium facerent, eti gravioriter primo nuntio commotus sum, quod mihi tam prater opinionem meam accidere potuit: tamen ut me collegi, cetera mihi facilissima videbantur, quod & in te ipso maximam spem, & in tuis magnis habebam: multaque mihi veniebant in mentem, quamobrem istum laborem tibi etiam honori putarem ferre. Illud plane moleste tuli, quod tertium, & justissimum triumphantum, hoc invidorum consilio esse tibi exceptum videbam. Quod tu si stanti facies, quanti ego semper judicavi faciendum esse: facies si penter, & ages victor ex inimicorum dolore triumphum justissimum. Ego enim plane video fore, nervis, opibus, sapientia tua, vehementer us inimicos tuos prouinciat intemperantia sua. & De me tibi sic, confessans omnes deos, promitto, atque confirmo, ut pro tua dignitate (malo enim dicere, quam pro salute) in hac provincia, cui tu prafuisti, rogando, deprecatorio laborando, propinquai: & auctoritate, cari hominis (ut spero) apud civitates, gravitate, imperatori suscepitur officia, atque partes. Omnia volo a me & postules, & explices: vincam meis officiis cogitationes tuas. Q. Servilius per breves mihi à te litteras reddidit, quæ mihi tamen nimis longæ visa sunt. Injuriam enim mihi fieri putabam, cum rogarabam. Nollem accidisset tempus, in quo perspicere posles, quanti te, quanti Pompejum, quem unum ex omnibus facio, ut debo, plurimi, quanti Brutum fecerem: quamquam in confuctudine quotidiana perspexiles, sicut perspices: sed quoniam accidit, si quid à me prater istum erit, communissum facinus, & admissum dedecus consiliorum. Pontinus, qui à te tractatus est prastanti, ac singulari fidei, cuius tui beneficium ego refisi, præstat tibi memoria, benivolentiamque, quam debet: qui, cum maximis tebus suis coactus à me invictissimo decessisset: tamen ut vidit interesse tua, confundens jam navem, Epheso Laudiceam revertit. Talia te cum studia videam habiturum esse.

1. In agro Marathia. Ita Victorius, M. P. pr. secundus Verdi & Peck. Marathia. tert. Marathia. quart. quint. Marathia. alii ut Victor. & Lamb. Marathia; sicut dudum ante illos natos emendarat. Egnatius.

2. Nogu ab uno unquam ad me litteras misam.) Elegansissime & omnino modo Tullianus: ex Victorio ad Vaticano, in quibus Pall. erat ad mea lis, qui hujus venutatis vim non copierunt, legerunt ad mea litteras mutata.

3. Tamen de parem mihi gratiam relatarum.) Non illepidus est prima officia Quaterniani scriptura: Perhunc mihi gratiarum relatarum.

4. Tam ipsam discessum finitas incidisse credo litteres meas.) Sic est elegans ex tribus posterioribus Pall. & Stevach. vulgus adjecti in me terendum est circa questionem, quo procederetur oratio regime.

5. De me tibi his confessans omnes deos premisso.) Sic est in editionum principiis, inventis: Victorius in suis, ceterum sic expresso Grati. Pall. corr. quint. ob compendium inscriptionis confitit, ali obsequiis: ali infatior utrique male. sic Cicero alibi in Verrem: Dei hominique confitans clamaret caput. Idem pro Flacco. Quum ego te Flaccum clamare conseruant feni, fenerum obsequiabitur. Recte autem hunc locum ex Feste interpretatus est Victorius.

6. Auctoritate cari hominis.) Sic est in omnibus nostris m. & editioribus, solum in Pall. secundo c. à manu secunda clavis honestus, quod improbadum non ducetur, modo numero & firmore le testa tueretur. Clavis apud tuos provinciales le fuisse, iustas Coriol. lib. 11. cap. 10. quadam auctoritate apud eis, qui iacere non horagi nominis usq. Multum est enim in his his: Nesciunt illi illes qui in urbem? quem securum in suis ceteris.

esse innumerabilia, planè dubitare non possum: 1 quin  
tibi amplitudo ista sollicitudo futura sit, 2 si vero effici,  
ut censores creentur: &c. si ita gessis censorum, ut & de-  
bes, & potes: non tibi solum, sed tuis omnibus video in  
perpetuum summo te præsidio futurum. Illud pugna, &  
enitere, ne quid nobis temporis proeroget: ut, cum hic  
tibi satisficerimus, istuc quoque nostra in te benivolentia  
navare possumus. Quæ de hominum, atque ordinum  
omnium erga te studiis scribis ad me, minimè mihi miran-  
da, & maximè jucunda acciderunt: eademque ad me per-  
septiæ sunt à familiaribus meis. Itaque capio magnam  
voluptatem, cum tibi, cuius mihi amicitia non solum  
ampla, sed etiam jucunda est, 3 ea tribui, quæ debeat: n  
sum vero remanere etiam nunc in civitate nostra studia,  
propè omnium consensu, erga forteis, & industrios viros:  
quæ mihi ipsi una semper tributa merces est laborum, &  
vigillatum meatum. Illud vero mihi permixtum accidit,  
tantam temeritatem fuisse in eo adolescentem, cuius ego sa-  
ludem duobus capitib[us] judicis summa contentionis defendi:  
ut, tuis inimicis suscipiens, oblivisceretur patroni  
omnium fortunarum, ac rationum suarum: præteritum cum  
tu omnibus, vel ornamenti, vel præsidii redunders: illi  
(ut levissim dicam) multa decessent: cuius sermo stultus,  
& puerilis, era jam ante ad me à M. Cœlio, familiari  
nostru[m], perscriptus: de quo item sermone multa scripta  
sunt ab eo. 4 Ego autem citius cum eo, qui tuas inimicitias  
suscepissem, veterem conjunctionem diremissim,  
quæ novam conciliasem. Neque enim de meo erga te  
studio dubitare debes: neque id est obscurum cuiquam in  
provincia, nec Romæ fuit. Sed tamen significatur in tuis  
literis suspicio quædam, & dubitatio tua: de qua alienum  
tempus est mihi tecum expostulandi: purgandi autem mei,  
necessarium. Ubi enim ego cuiquam legatione fui impedi-  
mento, quod minus Romam ad laudem tuam mitteretur?  
aut in quo potui, si te palam odire, minus quod tibi ob-  
esse, facere? si clam, magis a parte inimicus es? 5 Quod si  
essem ea perfidia, qua tuus es, qui in nos hac conferunt:  
tamen ea futilitas certe non fuilem, ut aut in obscuro odio  
apertas inimicitias: aut, in quo tibi nihil nocerem, sum-  
mam ostenderem voluntatem nocendi. 6 Ad me adire  
quosdam memini, qui dicerent, nimis magnos sumus  
legatis decerni: quibus ego non tam imperavi, quam  
censi, sumus legatis quam maximè ad legem Corneliam  
decernendo. Atque in eo ipso me non perirevera esse, testes  
sunt rationes civitatum, in quibus, quantum queque vo-  
luit legatis tuis datum induxit. Te autem quibus menda-  
cias homines levissimi onerarunt non modo sublatos sumus,  
sed etiam a procuratoribus eorum, qui jam profecti  
erant, reperitos, & ablatos: eamque causam multis omni-

no non eundi fuisse. Querenter tecum, atque expostularem,  
ni (ut supra scripti) purgare me tibi hoc tuo tempore,  
quam accusare te mallem: idque purarem esse rectius. Ita-  
que nihil dete, quod credideris de me: quamobrem non  
non debueris credere, pauca dicam. Nam si me virum bonum,  
si dignum his studiis, eaque doctrina, cui me à pue-  
ritia dedi: si sat magna animi, non minimi consilii in  
maximis rebus perspectum habes, nihil in me, non modo  
perfidiosum, & intidosum, & fallax in amicitia, sed ne  
humile quidem, aut jejunum debes agnoscere. 6 Sin autem  
me astutum, & occultum lobet fingere: quid est, quod ad  
minus cadere in ejusmodi naturam possit, quam aut floren-  
tissimi hominis aspernari benivolentiam, aut ejus existi-  
mationem oppugnare in provincia, cuius laudem domi  
defenderis? aut in ea te animum ostendere inimicum,  
in qua nihil obis? aut id eligere ad perfidiam, 7 quod ad  
indicandum odium apertissimum fit: ad nocendum, le-  
vissimum? Quid erat autem, cur ego in tetam implacabilis  
essem, cum te ex fratre meo, ne tunc quidem, cum tibi  
propè necesse esset eas agere parteis, inimicum mihi fuisse  
cognoscere? Cum vero redditum nostrum in gratiam uterque  
expedit: quid in consulatu tuo frustra mecum egisti,  
quod me aut facere, aut sentire volsis? Quid mihi man-  
dasti, cum te Puteolis prosequeret, in quo non expectationem  
tuam diligentia mea vicerim? Quod si id est maxi-  
mè astuti, omnia ad suam utilitatem referre: quid mihi  
tandem erat utilius, quid commodi meis aptius quam ho-  
minis nobilissimi, atque honoratissimi conjunctio: cuius  
opera, ingenium, liberi, affines, propinquai, mihi magno,  
vel ornamento, vel præsidio esse possent? Quæ tamen ego  
omnia in expetenda amicitia tua, non astutia quadam, sed  
aliqua potius sapientia, secutus sum. Quid? illi vincula,  
quibus quidem libertissime adstringor, quanta sunt? stu-  
diorum similitudo, suavitas confuetudinis, delectatio  
vitæ, atque virtus, sermonis societas, litteræ interiores.  
Atque hæc domeftica. Quid illa tandem popularia: redi-  
tus illustris in gratiam? in quo ne per imprudentiam qui-  
dem errari potest, sine iuspicio perfidie: amplissimi  
sacerdotii collegium? in quo non modò amicitiam violati  
apud maiores nostros fas non erat, sed ne optari quidem  
sacerdotem licet, qui cuiquam ex collegio esset inimicus.  
Quæ ut omitterem tam multa, atque tanta: quis umquam  
tantum quemquam fecit, aut facere potuit, aut debuit, quanti  
ego Ca. Pompejum, socerum tuæ filia? Etenim si merita  
valent: patriam, liberos, salutem, dignitatem, memetipsum  
mihi per illum restitutum puto. si consuetudinis jucunditas:  
quæ fuit umquam amicitia consularium in nostra ci-  
vitate conjunctio? si illa amoris atque offici signa: quid  
mihi ille non commisit? quid non mecum communica-  
vit?

1. Quæ tibi amplius iste fideliter futura sit.) Qui mutarunt: quia  
tibi amplitudine ista sollicitudo, audaci & suæ ac cementatis specimen de-  
derunt: quæstus haec omnium libitorum ac misericordia minus quereret, aut  
parum integrare foret. Eam certè conspicio in Pall. omnibus, Grut. Stev.  
Vatic. denique editione prima ac Vitorio.

2. Secundum ejus, ut confiteretur. Nondum apud me perpicicatu-  
gorius Lambunt in hanc scripturam Vitorioi (quæ est in o. Pall. Grut.  
Grut. Gulielmianis, editionum prima) cum ipso rejecerem, quid cau-  
ta: certè vulgare neque volam: neque vestigium inventio. fuit & illud  
indivisiu[m] in toto Iolo quarti Pall. ex hac, quod anteponis longe nostro: 5 in  
quo hæc doctiorum neminem rivalum habuitur est. Prior lectio vul-  
go sic conceperit: ut res offerat ut confiteretur.

3. Ex tribus, quæ debentur: non vero remittit etiam unum. 4. Vulgo tribus  
dictis, sed pollicet se & alij alij quatuor Pall. Grut. Pet. editio prima  
& Vito deinde iterum. vulgantur: ut versus immuno remittere: sed illud  
etiam non extirbarunt: quoque Pall. tert. Grut. Stev. pro nostra vero  
lectione pugnant: quoque Pall. Vitorio editio, neque transpoluit in  
prima impressione. Ego panille post Pall. tert. Grut. Stev. erga fuisse &  
riducessi & vixi: qui codices, tametsi non polliromo apud me sint nu-  
mero: tamen non aucti & sum hanc novitatem ac licetiam admittent  
quodvis in Cicero affumero atque usurpari. Porro item Pall. tert. ac

Stov. tandem emeritatem fuisse adolescenti.

4. Ego autem citius eme, quoque. Vulgo abeo: sic est in omnibus mil-  
& editionibus veterioribus. Porro omnes mil. ut & præsca editio, &  
sunt ex perfidia, forte, ut Plautus ex pauperie. sed crebro permittantur &c.

5. Adire adire quendam memini. 6. Verba illa quæ ex suis veris libri-  
bris affuit Vito: & ministrum ex Epilite: cum neque in Pall. Grat. Gulielm.  
ed. pr. neque Lambi libris compareant, nefas doxi inducere hoc: cum te  
vera videantur paratum in pupera. Accilam subsequentem suentur  
Pall. tres quartu[m], Grut. Stev. Vito: editio: quæcumque resluit, & res  
in illis datum induvit: quæcumque magis problem Pal. pr. & Peck. scrip-  
tam: quæcumque resluit legatis suis datum induxit: Pal. quinc. non ab-  
fuerde, quæcumque resluit legatis suis datum induxit.

6. Sic ante editionem & occultum subit fingeri. 7. Sic Medicus codex: &  
ex eo Vitorina. vulgo liber: sic ut & plerique mil. & al. pr. jux. quinti  
et. quarti vero, occultum ne quæcumque liber fingeri. Mihi illud juxa dislocare  
non possem.

7. Quod ad indicandum odium apertissimum fit. 8. Pall. tert. quart. Grut.  
quod ad indurandum idem: 5 quod non frustra adnogo. Induritus quinque  
Pall. Grut. prima editio, sed ne optari quidem sacerdotem, qui non intellex-  
erunt vim & eti[us] ipsas fecerunt pro fronte sua duriter expediti.

vit? quid de se in senatu, cum ipse abesset, per quemquam agi maluit? i quibus ille me rebus non ornatisimum voluit amplissimè? qua denique ille facilitate; qua humanitate tulit contentionem meam pro Milone, 2 adversantem interdum actionibus suis quo studio providit, nequa me illius temporis invidia attingeret, cum me consilio, tunc auctoritate, cum armis denique texit suis? quibus quidem temporibus hac in eo gravitas, hac animi altitudo fuit, non modò ut Phrygi alicui, aut Lycaoni, quod tu in legatis fecisti: sed ne summorum quidem hominum malivolis de me sermonibus cederet. Hujus igitur filius cùm sit gener tuus, cumque præter hanc conjunctionem affinitatis, quāmvis Cn. Pompejo carus, quamque jucundus, intelligamus: quo tandem animo in te esse debo? cum præsentim eas ad me is litteras miserit, quibus, etiam sibi, cui sum amicissimus, hostis essem, placarer tamen: totumque me ad eis viri, ita de me meriti voluntatem natumque converserem. Sed hac hastenus, pluribus enim etiam fortasse verbis, quām necesse fuit, scripta sunt. Nunc ea, quā à me profecta, quaque instituta sunt cognosce.

\* Non pauca desiderant, que fortassis ipso eo Cie.  
derata sunt. \*

Atque hac agimus, & agemus magis pro dignitate, quām pro periculo tuo. Te enim (ut spero) propediem censem audiemus: cujus magistratus officia, quā sunt maximani, summi, sumique consiliis, tibi diligenter, & accuratius, quām hac, quā nos de te agimus, cogitanda esse censeo. Vale.

ARG. Duabus epistola Appii respondet. In prima responione gratulatur Appio majestati absoluto, eundem ambitu absolvendum sperat: testes mercenarios notando pollicetur, in alterius epistola responione, de forma Republica ab Appio sibi expressa, de Auguralibus equis libri: de duabus epistolis ad Appium antehac scriptū paulo somachosoribus judicio Appii de ejusdem censura agit.

M. T. C. APPIO PULCHRO, (UT SPERO)

CENSORI, S. D.

**C**UM essem in castris ad fluvium Pyramum, redditam mihi sunt uno tempore à te epistola duæ, quas ad me Q. Servilius Tarpo misserat. Earum in altera dies erat adscripta nonarum Aprilium: in altera, quā mihi recentior videbatur, dies non erat. Respondebo igitur superiori prius: in qua scribis ad me de abolitione majestatis, de qua, eti permutum ante certior factus eram literis, nuntiis, fama denique ipsa nihil enim fuit clarus: non quā quisquam aliter putasset: sed nihil de insignibus ad laudem viris & obsecrē nuntiari solet) tamen eadem illa latiora fecerunt mihi tua litteræ: non solum quia planius loquebantur, & uberiori, quām vulgi sermo: sed etiam quia magis videbar tibi gratulari, cum de te ex teipso audiebam. Complexus igitur sum cogitatione te absentem: epistolam verò osculatus, etiam ipse milii gratulatus sum. Quæ enim à cuncto populo, à senatu, à judicibus, ingenio, industria, virtuti tribuuntur: quia mihi ipsi absent fortasse, cum ea esse in me fingo: mihi quoque ipsi tribui puto. Nec tam gloriosum exitum tui judicium extitisse, sed tam pravam inimicorum tuorum mentem fuisse mirabar. De ambie vero quid interest, inquires, an de majestate? Ad rem nihil, alterum enim non artigili: alterum ausisti. Verumtamen est majestas (ut Sulla

voluit) ne in quenvis impunè declamare licet. Ambitus verò, ita a pertam vim habet, ut aut accusetur improbe, aut defendatur, qui enim facta, aut non facta largitio ignorari potest? Tuorum autem honorum: cursus, cui suspectus unquam fuit? Me miserum, qui non affuenim, quos ego tuis excitassem! Sed de majestatis judicio duo mihi illa ex tuis litteris jucundissima fuerunt: unum, quod te ab ipsa rep. defensum scribis: quæ quidem, etiam in summa bonorum, & fortium civium copia, tueri tales viros deberet: nunc verò cō magis, quod tanta penuria est in omni, vel honoris, vel axatis gradu, ut tam orba civitatis tales tutores complecti debeat: alterum, quod Pompeji, & Brutii fidem, benvolentia inque mirificas laudas, Lætor virtute, & officio, cum tuorum necessariorum, meorum amicissimorum: 4. tum alterius, omnium seculorum & gentium principis: alterius, jam pridem juventutis, celeriter (ut spero) civitatis. De mercenariis testibus à suis civitatibus notandis, nisi jam factum aliquid est per Flaccum, fieri à me, cum per Asiam decedam. Nunc ad alteram epistolam venio. Quod ad me quasi formam communium temporum, & totius reip. misisti expressum: prudentialiter tuarum valde mihi est gratia. Video enim & pericula leviora, quām timebam, & majora præsidia, si quidem (ut scribis) omnes vires civitatis se ad Pompejum duum applicaverunt, tuumque simul proutum animum, & alacrem perspxi ad defendendam temp. mirificamque cepi voluptatem ex hac tua diligentia, quod in summis tuis occupationibus, milii tamen reip. statum per te notum esse volevi. Nam auguraleis libros ad commune utriusque nostrum otium serva. Ego enim, à te cū tua promissa per litteras flagitabam, ad urbem te otiosissimum esse arbitrabar nunc tamen, ut ipse polliceris, pro auguralibus libris, orationes tuas confectas omneis expectabo. Tullius, cui mandata ad me dediti, non convenerat me: nec erat jam quisquam mecum tuorum, præter omnes meos, qui sunt omnes tui. Stomachofiores meas litteras quas dicas esse, non intelligo. bis ad te scripsi, me purgans diligenter: te leviter accusans in eo, quod de me cito credidisti: quod genus querela mihi quidem videbatur esse amici. Sin tibi displicet, non utar eo posthac. Sed si, ut scribis, ha litteræ non fuerunt disertæ, scito meas non fuisse. Ut enim Aristarchus Howeri versum negat, quem non probat: sic tu (liber enim mihi jocari) quod disertum non erit, ne putaris meum. Vale, & in censura, si jam es censor, (ut spero) de proavo multum cogitato tuo.

ARG. Duabus de rebus hic agit. Gratulatur Appio ambitus absoluto: deinde purgas se demptiu Tulliu, se absente, conciliatis cum Dolabellæ Appiis accusatore.

M. T. C. APPIO PULCHRO, S. D.

**G**RATULABO tibi prius: (ita enim rerum ordo po. 12. **G**ratulat) deinde ad me convertar. Ego verò vehementer gratulor de judicio ambitus: neque id, quod nemini dubium fuit, absolutum esse te: sed illud, quod, quo melior civis, & quo vir clarior, quo fortior amicus es, quoque plura virtutis, & industria ornamenta in te sunt, eo mirandum est magis, nullam ne in tabelis quidem latebra fuisse absconditum malivolentiam, quæ te impugnare adceret: non horum temporum, non horum hominum, atque morum negotium: nihil jam sum pridem admiratus magis

1. Quibus ille me rebus non ornatisimum reluit amplissimè? Sic editionem veterinam ac Victor. Pall. quinque Grut. vulgo: quibus ille me in rebus non ornatus reluit.

2. Adversante interdum alienib[us] suis.] Sic vet. cod. sic quint. Palat. V. C. editio. Gruetnamen adversitanter, quāli esset adversari, adversari & occurre copere atq[ue] affectare, sicut apud Plautum *Dormitio* aliaq[ue] multaue Milonis intentio potius in conatu fuerit quam affectu. Multa elegancia & antiqua excederunt, imò præcipitarunt ex Ciceronis subtilitate facundia pro quibus nunc humilia, jejuna, ferdida sustulimus. ut Peckii post, etiam Palatino amicis denique decessit sicut cum sit in anti-

quoribus, hoc est Latinæ puritatis genuinis auctoriis distinguere, quæ incensu & accurate regere, ac deinceps impensis amare & cetera in lectione conspicitur artexis. vulgo tamen sicut supra adversantem.

3. Oferunt nuntiari satis.] Peck. nuntiare, quod probabat Guliel. refutare ad famam, quod in nullo omnium nostrorum mss reperi; prima editio illud agnoscat.

4. Tum alterius omnium seculorum.] Dudum adnotatum est, superflue re voice maxime, quo carere video omnes libros.

5. Quo vir clarior.] Peckii liber (quo cum confessus Pal. pr. videre video ex natura industria, unde Gulielmus volebat inserviri.

magis. De me autem, suscipe paullisper meas partis, & eum te esse finge, qui sum ego: si facile inveneris quod dicas, noli ignoscere habitationi meæ. Ego vero velim mihi, Tulliæque mes (sicut tu amicissime, & suavissime optas) prosperè evenire ea, quæ, me insciante, facta sunt à meis: sed ita cecidisse, ut agerentur eo tempore, spero omnino cum aliqua felicitate, & opro. veruimtamen plus me in hac spe., tua sapientia & humana consolatur, quâm opportunitas temporis. Itaque, quemadmodum expediam exitum hujus institutæ orationis, non reperio, neque enim tristius dicere quidquam debeo ea de re, quam tu ipse omnibus optimis prosequeris. neque non me tamen mordet aliquid: in quo unum veteror, ne tu parum perspicias ea, quæ gesta sunt, & ab aliis esse gesta, quibus ego ita mandaram, ut, cùm tam longè absfururus essem, ad me ne referrent: agerent, quod probassent. In hoc autem mihi illud occurrit. Quid tu igitur si affuisse? Rem probassel. de tempore, nihil te invito, nihil sine consilio egissem tuo. Vides sudare me, jadidum laborantem, quomodo cœtuar, quæ mihi tuenda sunt, & te non offendam. Leva me igitur hoc onere, numquam enim mihi videor tractasse causam difficultorem. 2 Sic habeto tamen: nisi jam tunc omnia negotia cum summa tua dignitate diligenter conficiem, tametsi nihil videbatur ad meum erga pristinum studium addi posse: tamen, hac mihi affinitate renuntiata, non majore equidem studio, sed acris, apertius, significantius dignitatem tuam defendissem. Decedenti mihi, & jam imperio anno terminato, ante diem 11. Nonas Sextileis, cum ad Sidam navi accederem, & mecum Q Servilius esset, litteræ à meis sunt reddita, dixi statim Servilio (etenim videbatur esse commotus) ut omnia à me majora expectaret, quid multa? benivolenter tibi, quâm fui, nihil sum factus: diligenter ad declarandam benivolentiam, multò. Nam, ut vetus nostra similitas antea stimulabat me, ut caverem, ne cui suspicionem ficte reconciliata gratia

darem: sic affinitas novam curant mihi assert eavendi, ne quid de summo meo erga te amorem detractum esse videatur. Vale.

*ARG. Agit Appio gratias de supplicatione sibi ejus officio donata.*

M. T. C. APPIO PULCHRO, S.P.D.

**Q**UASI divinarem, tali in officio fore mihi alii<sup>13</sup> quando expetendum studium tuum: sic, cùm de tuis rebus gestis agebatur, inferviebam honori tuo. Dicam tamen verè, plus, quâm acceperas, reddidisti. Quis enim ad me non perscrispit, te non solùm auctoritate orationis, sententia tua quibus ego à tali viro contentus eram: sed etiam opera, confilio, domum veniendo, convenientiis meis, nullum onus officii cuiquam reliquum fecisse? Hæc mihi ampliora multo sunt, quâm illa ipsa, proper quæ hæc laborantur. **I N S I G N I A** enim **V I R T U T I S** multi etiam sine virtute affectuti sunt: talium virorum tanta studia a se qui sola virtus potest. Itaque mihi propono fructum amicitia nostræ, ipsam amicitiam: quæ nihil est uberior, præstari in iis studiis, quibus uteque nostrum devinctus est. Nam tibi me profiteor, & in rep. socium, de qua idem sentimus: & in quotidiana vita conjunctum, cum iis artibus, studiisque, quæ colimus. Velim ita fortuna tulisset, quanti ego omneis tuos facio, uti tu meos facere posses: quod tamen ipsum, nescio qua permotus animi divinatione, non despero. Sed hoc nihil ad te: nostrum est onus. Illud velim sic habetas, quod intelliges, hac renovata, additum potius aliquid ad meum erga te studium, cui nihil videbatur addi posse, quâm quidquam esse detractum. Cum hæc scribem, censorem jam te esse sperabam. eo brevior est hæc epistola, & ut aduersus magistrum morum, modestior. Vale.

Yy 5 M. TUL.

*x. At alia est g̃fia.] Ita Pall. sec. quart. quint. Vat. Vict. vulgo, & i He* *[z. Sic habeo tamen.] Sic est in melioribus, & Victorii item in Pall. Græc. vulgo, sed tamen sic habess.*